

De humi-
dor. usu,
aphor. 2.

metuunt, cum ea & separari videant, ægreque corruptibilem sortita substantiam, quandoquidem temperamentum nacta sunt siccum. Ait ergo Galenus, solari vel ignea caliditate aqueam humiditatem absumi, ne corrumpatur. Hinc ea, quæ apud Hippocratem leguntur, ποτὸν μὲν καὶ ἰητρῆιον κρείττισον καὶ Φαρμακῶσι τοῖσι πλείστοισι παλαιομύοισι χρυσιώτατον, id est, Potabilis aqua, in officina medica est optima, medicamentis plurimis inueteratis cōuenientissima: hæc inquam verba, si paulò accuratiori mentis examini subiiciamus, modum idoneum, quo pharmacis ad vetustatem ferendam parari solitis, inseruiat aqua, perquiremus. Non ut eâ diluantur, diluta seruentur: quod præcipiti corruptioni obnoxium foret: sed ut aquæ fluuialis seu cœlestis ope, quæ vis medicabilis inest simplicib. remedijs, à reliquis totius partibus seposita elicatur, ne illarum contagio in interitum inclinet. Quod ergo vel in solatione vel coctione effectum dat medicina, id distillatione Chymia: quâ commodè in vaporem eleuatam medicamenti humidam